



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historia Ioannis Cochläei De Actis Et Scriptis Martini Lvtheri Saxonis**

**Cochlaeus, Johannes**

**Parisiis, 1565**

Acta & Scripta Lutheri, Anno Domini M. D. XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29789**

*Liber Luth.  
De seculari  
potestate, con-  
tra Princi-  
pes.*

**V**bi vero accepit, à Catholicis Prin-  
cipibus nouum Testamentum suum  
hiberi, ne emeretur, ac publicis  
actis præcipi, vt emptum tradatur  
actis Commissariis, aut Præfectis, ita pro-  
in sæculares quoque Principes & ira exar-  
maledico calamo debacchatus est, vt om-  
maledicendi vires, & omnia conuictiorum  
in eos solos reseruasse, In Papam vero &  
scopos nihil antea euouisse videri potest.  
Mox igitur post initium Noui anni subsec-  
tis, adidit librum Teuthonicum, De pote-  
te seculari, ad principem suum Ducem  
niæ Ioannem, qui tunc, fratre seniore ad-  
viuente, nondum Elector erat. Ad quem  
tanta mordacitate in principes libere inue-  
est, perinde ac si is, ad quem scribebat, aut  
ceps natus non esset, aut ab aliis principibus  
velut hostis, aut Apostata degener, ad igno-  
le vulgus defecisset. Quis enim non mire-  
principem tot retro clarissimis nobilissimisq;  
Atuis illustrem, æquis auribus accipere po-  
tuisse hæc ignobilis ex plebeia fece, Apostata  
in eo libro verba. In Misnia, inquit, in Bar-  
ria, in Marchia, aliisque in locis promulgan-  
runt Tyranni Edictum, vt noua Testamen-  
hinc inde in præfecturas tradantur. Hic sub-  
ti sic agant. Non foliolum, non literam vnan-  
tradantur.

tradat, sub periculo salutis suæ. Quisquis enim id fecerit, is tradit Christum Herodi in manus. Illi enim agunt velut Christicidæ, sicut Herodes. Hoc autem ferre debent, si iubeatur, irruptionem in domos fieri, & vi tolli siue libros siue bona: Temeritati resisti non debet, sed ferenda est, non autem iustificanda: nec ad eam præstari obsequium, aut sequela, aut obedientia, nè vestigio quidem aut digito vno. Tales namque Tyranni agunt, sicut agere debet principes mundani. Mundani principes sunt: Mundus autem iniustus est Deo, Idcirco & ipsos quoque facere oportet, quod Deo contrariū, mundo autem consentaneum sit: vt scilicet non fiant infames, sed principes mundani permaneant. Ne mireris igitur, si contra Euangeliū furant, & fatue agunt: Oportet ipsos titulo nominique suo satisfacere. Et scire debes, quod ab initio mundi admodum rara auis est Princeps prudens, adhuc multo rarior princeps probus: Sunt communiter maximi fatui, aut pessimi nebulones super terram. Quapropter semper pessima quæque ab ipsis expectanda sunt, & parum boni sperandum est: præsertim in rebus diuinis, quæ ad salutem animarū pertinet. Ipsi enī sunt lictores & carnifices Dei, quibus vitut ita diuina in vltionē malorū, & ad externā pacē cōseruādā. Magn⁹ Domin⁹ est Deus noster, idcirco & tales, nobiles scilicet, Illustres & diuites carnifices & lictores, eū habere oportet & vult, vt habeāt opes, honorē & timorē ab om

H ij

*Sæculares seu  
mundani Prin  
cipes.*

nib<sup>9</sup> copiose & abunde. Placet diuinæ eius vocari  
 ti, vt carnifices eius vocitemus clementes  
 minos: ad pedes eorum procidamus, eisque  
 omni humilitate subiecti simus: sed eorum  
 quatenus artificium suum non extendant  
 longe, vt ex carnificibus pastores fieri velle  
 Si Princeps prosperatur, vt sit prudens, probus  
 aut Christianus, hoc è magnis miraculis  
 est, & preciosissimum signum diuinæ gratiæ  
 per eam prouinciam. Nam iuxta communem  
 cursum euenit secundum illud Esaiæ 3. Dabo  
 pueros Principes eorum, & effœminati, domi-  
 nabuntur eis. Et Osce 13. Dabo tibi regem in  
 rore meo, & auferam in indignatione mea.  
 dus nimis malus est, nec dignus, vt multos  
 beat Principes prudentes & probos: Oportet  
 ranas habere Ciconias. Hæc ibi Lutherus  
 odium & despectum Principum secularium  
 ad Principem & protectorem suum. Et ad hoc  
 multo minacius seditiosiusq; paulo post in  
 verba subiūxit. Hi sunt (inquit) Christiani Prin-  
 cipes nostri, qui fidem asserunt, Turcâmq; de-  
 uorant: Immo vero pulchri socij, super quibus  
 bene confidendum est, vt eiusmodi pulchra pre-  
 dentia aliquid efficiât: nempe, vt præcipitio col-  
 lum frangant, terrasque & homines in clades  
 & miseras perducant. Ego autem excecatis ho-  
 minibus, perque fideliter cõsulerẽ, vt prospiciât  
 sibi à quodam paruo dicto, quod Psal. 106.  
 habetur. Effundit cõtemptum super Principes.  
 Ego vobis iuro per Deũ, si neglexeritis, vt hoc  
 paruum

*Talis utique  
 thesaurus fue-  
 runt nostro tẽ-  
 pore Rex Po-  
 lonie Sigis-  
 & Dux Sa-  
 xoniae Geor-  
 gius.*

*Min. Luth.  
 contra Prin-  
 cipes.*

paruum dictū super vos veniat cū impetu, per di-  
 cti estis, etiā si vnusquisq; vestrū tam potēs esset,  
 quam Turca est, & nihil proderit vobis inflari  
 ac furere. Et iam magna eius dicti pars in effe-  
 ctum processit. Nam admodū pauci sunt Prin-  
 cipes, qui non habeātut pro fatuis aut nebulo-  
 nibus: Causa huius est, quia & tales sese demō-  
 strant, & populus communis fit intelligens: &  
 Principum plaga, quam Deus contemptum vo-  
 cat, potenter progreditur in plebe & communi  
 populo. Et vereor, ne prohiberi non possit, nisi  
 Principes agant, vt Principes decet, & incipiāt  
 rursum cū ratione & modestia gubernare. Non  
 ferent, non possunt nec volunt vestram Tyran-  
 nidem petulantiamque diu perferre, boni Prin-  
 cipes & Domini: Secundum hoc agere sciatis,  
 Deus non vult diutius permittere. Nō amplius  
 nunc mūdus est, vt olim, quando hominē sicut  
 feras venabamini & exagitabatis &c. Interea,  
 dum sic fureret Lutherus, quidā Germani piā  
 ac eruditam Regis Anglię assertionem, qua glo-  
 riose ac fortiter defendit à Lutheri Captiuitate  
 Babylonica, Septē Ecclesie Sacramēta: cōperūt  
 à Lutheranis calūniis asserere, & mēdacia in os  
 & calamum Lutheri retorquere, D. Ioannes  
 Eckius Latine, D. Thomas Murnerus Teutho-  
 nice. Et hic festiuissime, cū enumerasset & con-  
 uicisset Lutheri mēdacia Quinquaginta, è libel-  
 lo vno ipsius in Regem ædito, Quinquagesi-  
 mo & vltimo eius mendacio appinxit in margi-  
 ne coronā insignē, eò quod insignissimum, &

H iij

*Defensiones  
 libri Regis  
 Anglię  
 Coronatum  
 mendacium  
 Luth-*

velut rex quidam cæterorum eius mendaciorum  
 illud esset. Nempe dixerat in fine libri sui  
 rherus, Latine quidem sic. Auirulentia & m  
 daciis abstineri, quibus liber Regis refertur  
 est. Teuthonice vero in huc sensum, Ego qu  
 que circūcirca dimicavi, at nullus adhuc  
 me vilius mendacij arguere potest. Hoc no  
 eius mēdacium, Murnero visum est corom  
 gnū, cum satis constet, omnes, quotquot  
 lum scripsere, aduersarios, quam plurimorū  
 sum semper arguisse mēdaciōrū. Nam vnus  
 Io. Dietenbergius, pius & eximius Theolog  
 in duabus duntaxat Confutationibus, qu  
 eum deuotis & de Confessione scripsit, arg  
 & conuicit eum DCCC. & LXXIII. mē  
 ciorum, præter alia innumera, quæ aliis in  
 sponsonibus suis illi non falso nec iniuste  
 putauit. Cæterū ex Anglis quoque viri De  
 Regem suum à Lutheri obiectionibus & ca  
 nis defenderunt æditis libris: Nempe D. Io  
 nes Fyscherus, Episcopus Rossensis: vir iuxta  
 summæ ac omniūgæ eruditionis, & integerr  
 mæ vitæ famæque ac pietatis, qui vt summe  
 est Theologus & trium linguarum præcipue  
 rum peritissimus, grauissime sane & copios  
 sime cōfutaui, Daos præcipuos & Antesigna  
 nos inter hæreticos huius temporis, Lutherum  
 & Oecolampadium: hunc libris Quinque, De  
 venerabili Sacramento Eucharistiæ: Alium grā  
 di primum volumine, contra assertionē XL  
 articulorum, quos in Bulla sua damnauerat Pa.

*Libri Ioan.  
 Fyscheri,  
 Episcopi Ros  
 sensis.*

mendaciis, citandisque tum scripturæ tum veterum  
 autorum testimoniis, eruditione. Cuius sane  
 ne initium in Regij libri defensione, propter  
 insignem aduersarij malignitatem, ex iusto dolore  
 est aliquanto acrius, quàm summa viri lenitas  
 & mansuetudo loqui cõsueuerat. Sic enim  
 ait. Christi vox in Canticis est. Capite nobis  
 vulpes paruulas, quæ demoluntur vineas. Quæ  
 plane monet, hæreticos esse capiendos, antequàm  
 adolescant. Nam hi vulpinis fraudibus vineas,  
 hoc est, Ecclesiam Christi demoliri student.  
 Optarim igitur, vt hanc vocem audiissent hi,  
 quibus ex officio incumbit, hæreticos, dum  
 paruuli sunt, comprehendere. Neque enim hodie  
 tam grauius esset in Ecclesia tempestas, & rerum  
 omnium perturbatio, si Lutherus, dum esset  
 vulpecula, fuisset repressus. At nunc euasit  
 in vulpem grandiusculam, annosam & veteraticem,  
 tot dolis, astutiis, artibus instructam, vt medium  
 teneri difficillimum sit. Sed quid dixi, vulpem?  
 parum est, canem dixissem rabidum, immo lupum  
 rapacissimum, aut sæuissimam quandã vrsam,  
 quæ rapis catulis, furore quodã agitur: vel magis  
 hæc omnia simul. Multos enī hoc monstrum  
 intra se bestias alit. Sed & eiusmodi nomēclaturis  
 apprime gloriatur, Scipsum enī

H iij

*Qualis be-  
 stia Luth-  
 rus est.*

*Guilielmus  
Rosseus, qui  
vero nomine  
fuit Thomas  
Morus An-  
glie Cancel-  
larius.*

appellat vrsam & Leænam. Nam & vtraque  
futurum Catholicis pollicetur. Lutherum  
quit) habebitis vrsam in via, & leænam in se-  
ta. In eiusmodi monstrum euasit ex vulpe-  
iam tandem Lutherus. Alter Anglorum  
Regem suum egregie defendit, est Guiliel-  
Rosseus: vir acutissimi sane ingenij, ac insig-  
tum eruditionis, tum eloquentiæ: Quis  
dexteritate & facete ludens & grauer ob-  
gans, certissimis testimoniis, ita conuicit  
therum, & in os eius improbum omnia ip-  
mendacia retrusit, vt is contra ne hiscere  
dem ausus fuerit: Quemadmodum & Epis-  
po Rossensi, neque Lutherus, neque Luth-  
norum quispiam, respondere vnquam atten-  
uit. Quoniam vero liber Rossei, Londini  
tus, apud Germanos vulgo non extat: ope-  
precium fuerit, vnum aut alterum ex eo locum  
recitare, ex quo clarius intelligant Germani  
quam nulla sit apud externos, quibus fides  
probitas cordi est, Lutheri existimatio. Ait igi-  
tur Rosseus. Vidisti lector aliquando cæcum  
qui pugna se cuperet irritatus vlcisui? Verum  
vt scire possit, quam in partem dirigat ictum  
elicit ab aduersario vocem, quam prolatâ pro-  
tinus prosequitur verbere, nisi citius alter se  
subduxerit, quam vt à cæco possit attingi. Huius  
cæcum mihi videtur agere Lutherus: sed ita, vt  
nemo vnquam magis egerit ridicule. Nam cum  
Rex appellatus ei respondet ad dexteram, ille  
contra ictum proicit in sinistram. Itaque spe-  
cta,

*Lutherus si-  
milis cæco di-  
micanti cum  
vidente.*



ta, quæso, quàm festiuiter Lutherus hunc ludit ludum. Cogita nunc videre te illum, obcæcatus oculis intentum stare ad ingerendum colaphum. Vbi estis, inquit, Domine Henrice? Hic in proximo. Adhuc inuitat, vt accedat propius, nempe, vt feriat certius. Producite, inquit, vestrum egregium contra Lutherum libellum. Produco. Adhuc propius. Quid asserit vestra Dominatio? in septem Sacramenta? Assero. Adhuc propius paululum. Quibus doctrinis? Dei an hominum? Dei. iam ferendi certus scilicet, en quàm recte librat ictum. Audiatur, inquit, ergo Dominatio vestra. Frustra colunt me doctrinis hominum.

*Spektatum admissi risum teneatis amici.*

Qui videtis hunc cæcum in scium, quàm longe aberrarit in diuersam partem, sic exultare præ gaudio, vt compos non sit sui, quasi egregium colaphum infregerit aduersario. Et infra. Verum, quis nebulonem ferre potest talem, qui Mille vitis ostendat se possessum, atque agitatum à legione dæmonum, & ramentum ita se iactat stolide. Sancti patres omnes errauerunt: Ecclesia tota sæpius errauit: doctrina mea non potest errare, quia certissimus sum, doctrinam meam non esse meam, sed Christi. Videlicet alludens ad illa verba Christi. Verba mea non sunt mea, sed eius, qui misit me patris. Quid istud? Papa cadet, dogmata mea stabunt. Nonne certare videtur cum illo Christi. Cælum & terra transibunt, vnum iota non peribit de verbis meis?

*Iactantia Lutheri, quæ gloriatur se de cælo habere dogmata sua.*

Nam cum ait. Rapuit me Dominus impre-  
 tem in medias has turbas. Hoc plus est, quā  
 Tulit illum Diabolus & statuit supra pinna-  
 lum templi. Quod si quis respōdeat, Testimo-  
 nium tuum non est verum: quia testimo-  
 perhibes de teipso, Recurret illico ad nouā  
 scripturam suam. Ego certus sum, dogmata mea  
 habere me de cælo. Atque ibi sistet, in hoc  
 principio, velut firmissimo fundamento, quod  
 non omnes Papæ, Reges, Doctores, homines  
 Angeli, poterūt euertere. Certus igitur, immo  
 certissimus, dogmata sua habere se de cælo: sicut  
 certi sunt & certissimi, qui dormiunt, omnia  
 vera esse, quæ somniant. Immo vero certus  
 certissimus, mentiri se vigilantem, dogmata sua  
 esse de cælo, quæ sua sibi murmurat conscien-  
 tia, dæmonum illi prestigiis immissa. Homini-  
 bus maledicit & Angelis, quicumque dogmata  
 ipsius contradicunt, & eos clamat os in cælum  
 ponere: cōspurare facta, blasphemare Deum,  
 quicumque non verentur arguere spurcissimas  
 ipsius blasphemias. Tantummodo clamat, A-  
 nathema sint omnes, qui impetunt dogmata  
 mea: quia certus sum dogmata mea habere me  
 de cælo. Hoc igitur principio à reuerendo pa-  
 tre petito, & à nemine concesso, sic arguit vte-  
 rius reuerendus frater, pater, potator, Lutherus,  
 extra Ordinem sancti Augustini fugitiuus: vnus  
 ex magistris inertibus Vuittembergensibus, v-  
 triusq; iuris Bacchanalius informis, & in facta  
 Theologia Doctor indoctus. Ego certus sum,  
 dogmata

*Mendax et  
 stulta iactan-  
 tia.*

dogmata mea habere me de cœlo, ergo dogmata mea sunt cœlestia. Et tunc vltius sic. Dogmata mea sunt cœlestia: ergo quicumque contradicit dogmatis meis, os ponit in cœlum, & blasphemat Deum. Quoniam quidem igitur contradicunt meis dogmatibus, Pontifex, Imperator, Reges, Episcopi, sacerdotes, Laici, & omnes in summa boni: mihi licebit pro Dei mei maiestate Pontificem, Cæsarem, Reges, Episcopos, sacerdotes, Laicos, omnes deniq; bonos, anathematizare, maledictis & conuictis in cœlo: cessere, atq; in omnium coronas & capita licebit ex ore meo lutum, cœnum, stercora, merdas expuere. Et iustus libro secundo in fine, idem Rosseus ait. Iam illud quam ridiculum, quod excusat se, ne videatur scilicet nimis in cœlo morderi Principem. Ego profecto non dubito, Regem illi facile morsus omnes condonaturum: Quippe qui verum videat illud esse Seneca. Raro mordet canis, qui latrat. Latratibus profecto Lutherus æquiparat Cerberum, morsu vix culicem. Verum quid ni latret strenue, vir videlicet optimus & modestissimus, quando cum insensatis, vt ait, monstris, quæ nō sentiant, eius omnia scripta esse ipsius vnus præconia optima & modestissima, id est, hæresibus & blasphemis tam inflata, quam nullum vnquam virem quisquam inflauit vento. Quæ monstra induruerunt etiam ex illius humillima submissione, qua sic se submit sit fraterculus vicario Christi, quomodo Iudæi

*Qualis scri-  
ptor est Lu-  
therus.*

se submiserunt Christo, quum datis alapis, & xerunt genua, clamantes per ludibrium. Rex Iudæorum. Verum à mendacijs & virtutibus prorsus abstinuiffe se testatur ipse, cui nihil est aliud in calamo, quàm calumniæ, mendaciæ, fycophantiæ: Cui nihil est aliud in animo, quàm virus, tumor, inuidia. Qui nihil in capite continet præter stultitias, furores, amentias: Qui nihil habet in ore præter latrinas, merdas stercoreas: Quibus fœdus & spurcius quàm vllus vultus quâ scurra scurratur. Quorum nemo reperitur vnquam præter istum, tam stolidus plage patiens, vt sibi sterces in os coniceret, quod alij sperant in sinum. Quamobrem quum sit huiusmodi, nihil miror, si nunc indignus habeatur, quum quisquam disputer. Certe quandoquidem totum se deuouit inferis, & obdurauit in schismate, nec vnquam decreuit hæreses recantare: statuere tamen secum debet, aliquam saltem vt habeat ciuilibus honestatis rationem, quo sibi potius vendicet autoritatem dogmatistæ, quam vilis in hæretico scurræ. Quod si quando voluerit si disceptabit serio, si mendacia sua recantet, at fycophantias, si abegerit stultitias, furores, & hætenus nimium familiares furias, si merdas suas resorbeat, & sua relingat stercorea, quibus tam fœde linguam suam calamumque conspurcat: non deerunt, qui de re graui grauiter, quod decet, differant. Verum si ad istum, quo cœpit, modum scurrari pergat, & furere, si grassari calumnia, nugari stultitia, insanire dementia, scurrilita-

*Indignus est  
Iur. cui respo  
deatur.*

rilitate ludere nec aliud in ore gestare quã sen-  
 tinas, cloacas, latrinas, merdas, stercora: faciant  
 quod volent alij, nos ex tempore capiemus cõ-  
 silium, velimus ne sic bacchantem ex eius tra-  
 ctare virtutibus, & coloribus suis depingere, an  
 furiosum fraterculum, & latrinarium nebulonem,  
 cum suis furiis & furoribus, cum suis merdis &  
 stercoribus cacantem cacatũque relinquere. Et  
 in peroratione operis hæc quoq; adiungit. Nam  
 is eo modo rem tractat, vt plane se declarat medi-  
 tari secũ, immortalitatis quoddam genus ab-  
 surdissimum, eaque iam cõpisse perfrui, & totus  
 esse, versari, viuere in huiusmodi sensu & titil-  
 latione gloriolæ, quod futurum præsumat post  
 aliquot adhuc ætatum myriadas vt recordetur &  
 loquatur homines, fuisse olim aliquãdo apud  
 sæculũ prius nebulonẽ quẽdã, cui nomẽ Lutharo  
 fuerit, qui quũ Cacodæmones impietate vicisset,  
 vt dignis emblematis ornaret suam sectam, picas  
 garrulitate, lenones improbitate, prostibula  
 obscœnitate, scurras omnes scurrilitate super-  
 arit, effecerit, vt velut Philosophorum sectæ, ex  
 ipsis habent vocabula: & Gnato meditatus sit,  
 parasiti itidem, vt Gnatonici vocentur. Sic ab-  
 surdissimum genus hæreticorum, impietatis,  
 scelerum, spurcitiaq; colluuiæ, appelletur Lu-  
 therani. Hæc Rosseus.

*Quam scelerata  
 sit secta Lu-  
 therana.*

*Epistola Regis  
 Angliæ ad Duces Sa-  
 xoniæ.*

Rex vero ipse, vbi vidisset Lutheri in Maie-  
 statem suam furorem verius quam librum, non  
 contra Lutherum iratus rescripsit leuiter aut

contentiose: sed grauiter cum summa & pietate  
& prudētia per literas admonuit periculi Saxoniae  
Duces, Fridericū Principē Electorē, veneniorē,  
& fratrem Patrualemq; eius, Ioannem Georgiū:  
hunc Catholicū, illū exemplo fratrum Lutherano-  
rum, Itidem Saxonie Duces, Turingi Lantgrauios  
ac Marchiones Misne Quas sane literas Latine  
scriptas, attulit eis Nuncius Regis, qui à  
Principibus illis tū honorifice susceptus, tum  
liberaliter habitus, literisq; & manibus datis,  
dimissus ad Regē suum rediit. Re autē in  
epistola sua, quæ sane grauissima tū verbis  
tum sententiis erat, captata primū à cognitione  
beneuolentia, illos de multis periculis quæ  
ipse prudenter præuidit, & Germania post  
calamitose experta est: admonuit. De quibus  
Dux Georgius se honeste purgavit, eiusque ad  
monitioni reuerēter gratias egit. Quid vero  
lij Duo Principes Regi rescripserint, vulgō  
cōpertum habetur. Verba Regis inter cetera  
sic habent. Quid ad vos (inquit) & tam potētes  
& in Christi cultu tam deuotos Principes, aut  
propius spectare potest, aut debet mouere  
vehementius, quàm cohibendæ factionis istius  
Lutheranæ studium? qua nullam vnquam in  
terras nocentiorē malus inuexit Genius, aut  
quæ maiorē perniciē sit allatura propediē, nisi  
boni omnes obstiterint, & in primis qui  
plurimum & possunt & debēt Principes. Et  
infra. Quanquā non admodū decorū putē, ita  
me comparare, vt cū homine tali publice cōponar

ac disputem: tamen cū Rex & propheta David,  
 non censuit indecorum, ante arcā fœderis nu-  
 dū saltare cū quolibet: ipse certe nō eram quē-  
 quam habiturus indignum, quo cum in gratiā  
 religionis, pro fidei veritate differerem. Nunc  
 vero, cum nihil ad rem respondeat, sed rationū  
 loco proferat mera deliria, alios cum illo con-  
 gredi nec inhortabor nec prohibebo. Ipse cer-  
 te non comittam, vt cum insaniente insaniam.  
 Nā quisquis & æquus lector & prudens libellū  
 meum cum illius libro perleget, is profecto fa-  
 cile iudicabit, iam nunc Lutheri Naniis satis su-  
 perq; responsum esse. Quod si quis illi tam ini-  
 que faueat, vt mea verba nō sustineat inspicere  
 aut tam insigniter instupefcat, vt collatis vtrin-  
 q; locis, non sentiat rem adhuc responso nō e-  
 gere: huic nulla vnquam responsione satisfacere  
 ro. Et rursus. At nunc effecit hostis, vt orbi toti  
 iclarefcat alterum, nempe aut ipsum esse pror-  
 sus imbecillum, aut meas rationes admodum  
 valuisse: quas contra nihil inuenire potuerit,  
 præter insulsa scommata, & prorsus insana cō-  
 uitia. Quibus si me commoueri putat, egregie  
 profecto fallitur. Et tenim quantumuis ille me  
 vocet insanum (vocat opinor plus millies) nun-  
 quā tamē tā insanus ero, vt ægre feram, quod  
 insanus vocer ab insano. Itaq; aut mea me fallit  
 opinio, aut istius in me ac Regiū nomen cōru-  
 meliosa spurcitia, vos haud paulo magis quā  
 me, viri Charissimi, cōmouet. Sotet ei generosū  
 animū nobiliū reuerētia quadā iter se colligari,

*Conuitia in  
 Regem, Gene-  
 rosos placere  
 non possunt.*

qua vel in hoste, qua oderint ac persequantur, quocumque  
 hominem, personam tamen honorent, ac reuerentur  
 reatur officium. Nec generosus ferè quisquam ad hunc  
 inuenitur vsquam tam inciuilis ac barbarus, quæ  
 vel inimicitis nullis adduci possit, ut scurrilem  
 in modum, linguæ petulantia conspergat nobis  
 lem. Et infra. Nam si quid maledictis illis im-  
 miscuit, de cuius veritate poterat, quisquis rem  
 non nosset, aliquid fortasse dubitare: nunc  
 animus succurret lectoribus, nihil illius male-  
 dicentiæ credendum, cui perpetuum institutum  
 esse videat, de Principibus prorsus omnibus, ac  
 que ipso etiam Cæsare mentendi. Neque enim  
 istud Luthero nouum est, omnia comminatio  
 ac fingere, quibus in odium Principum scelerum  
 te concitet, atque extimulet populum. In quod  
 negocium promouendum, sceleratorum hominum  
 num cateruam iam dudum contraxit atque ad-  
 iunxit sibi. Itaque nulla vnquam factio fuit  
 ita seditiosa, pestilens, nepharia, quæ sic religio-  
 nem omnem tollere, leges omnes obruere, mores  
 omnes bonos corrumpere, Respublicas omnes  
 euertere machinata sit, ut nunc ista coniuratio Lu-  
 therana, quæ & sacra omnia prophanat, & pro-  
 phana cõtaminat. Quæ ita Christum prædicat, ut  
 eius Sacramenta cõculcet, ita Dei buccinat gratiam,  
 ut arbitrij libertatem destruat: ita fidem extollit  
 ut operibus bonis detrahat, & inuehat peccan-  
 di licentiam: ita misericordiam subleuat, ut ius-  
 titiam deprimat, & malorum omnium causam  
 incuitabilem, non in Deum aliquem malum,  
 quod

*Lutherus ca-  
 lumnia popu-  
 lum in Prin-  
 cipes cõcitat.*

*Coniuratio  
 Lutherana.*



sequantur quod Manichæi saltem commenti sunt: sed in  
 unicum illum vere bonum reiiciat. Qui cum  
 ad hunc modum impie diuina tractarit, velut à  
 celo deiectus serpens, vitus effundit in terras,  
 in Ecclesia commouet dissensionem, leges om-  
 nes abrogat, Magistratus omnes enervat, Lai-  
 cos in sacerdotes concitat, utrosque aduersus  
 Pontificem, populos aduersus principes: Nec  
 aliud plane molitur, quàm vt (quod omen auer-  
 tant Superi) Germaniæ primum populus tan-  
 quam pro libertate bellum indicat Proceribus:  
 Deinde vt Christiani contra Christianos, spe-  
 ctantibus & iridentibus Christi hostibus, pro  
 Christi fide ac religione depugnent. Quod si  
 quis forte non credat, ab vno homine nihili,  
 tantum vnquam periculi nasci posse: huic in-  
 mentem velim subeat Turcica illa rabies, quæ  
 quum nunc tot per terras & maria se diffun-  
 dens, maxima n ac pulcherrimam totius mun-  
 di partem occuparit, à Duobus olim nebulo-  
 nis sumptu incitium: Vt interim taceam fa-  
 ctionem Bohemicam, quæ & ipsa quis nescit,  
 quàm exiguo vermiculo in quam immanem  
 Draconem, haud absque magno Germaniæ  
 malo, quam propere adoleuit? Ita procliuè est,  
 malam segetem, nullo demerente, crescere: Nec  
 vllus vnquam sociò caruit ad nocendum, ne-  
 que tam imbecillus est quisquam, quin securo  
 possit ac tanquam lusurum spectanti, lethale  
 vulnus infligere. Hæc Rex Angliæ, non mi-  
 nus amanter & fideliter, quàm prudenter &

*Quam sedu-  
 tiose scribit  
 Luth.*

*Attende  
 Germania.*

*Responsum* vere. Ad quem rescribens, pius & Catholice  
*Ducis Geor-* Princeps Dux Saxonie Georg. inter cetera  
*gij ad Regē* & grauiter & copiose cōmemorat, sic ait.  
*Anglia.* la vnquam sollicitudo animi meū magis  
 sit, quam & factionis illius, cum primum  
 cōta videretur, prohibendæ, & postea, cū pa-  
 grassaretur, cohibendæ coërcendæque.  
 Quartus iam agitur annus, quod Ioāni Ec-  
 Luthero ac Carolstadio, primis pugna-  
 licis ducibus, de certis capitibus Lutherana  
 cōtrinæ, disputandi locū, in vrbe Academia  
 nostra Lipsiensi, non alio consilio dedi, quā  
 vt vtriūsq; partis rationibus diligenter ex-  
 sis, veritas patesceret, & rebus Parisiensi-  
 phordiensisque Academiae iudiciaria auctori-  
 te cōpositis, omnia contentionū seminaria  
 lerentur. Sed Lutherus: quia vt rei progre-  
 satis indicauit, in Iudicū sententia parū spe-  
 nebat, & perturbandi omnia libidine arde-  
 anteuertit iudicij calculos, & ante victoriā,  
 ris varij generis libellis, triūphos ostentauit  
 sane si in mea manu fuisset, nequaquā libelle  
 post ab illo conscriptorū, æditionē Typog-  
 phis impunē permisisset. Statim enim senti-  
 quid homo factiosus moliretur, & quorsum  
 tandē si non obliteretur, prorepturus esset. Ne-  
 cū videret omnibus bonis hoc vnice in votis  
 se, vt Ecclesiastici quidā abusus ad pristinae re-  
 gionis seueritatē corrigerentur, hac velut per-  
 sona tectus, magno spectatorum plausu, in oc-  
 bis pene vniuersi Theatro, Tragœdiæ suæ Prin-  
 cipium

*Asuetia Lu-  
 theri à Duce  
 Georgio sta-  
 tim depræ-  
 hensa.*

cipium dedit. Verum haud ita multo post, eum  
 ea conuellere tentaret, quæ ne moueri quidē,  
 religione nostra salua, tuto possunt: prudentes  
 viri facile sub pellē ouina latere vulpem depræ  
 henderunt. Iam vero posteaquam inaudita ho  
 minis ipsius audacia eo profecit, vt non modo  
 mediocres viros, eruditionis pariter & integri  
 tatis opinione celebres, petulanti calamo inua  
 deret: Verum etiam, quod nemo facile expe  
 ctasset, in Angliæ Regem, omnium humano  
 rum ornamentorum laude spectatissimum, ma  
 ledicentiæ suæ frenos laxaret, certissima tum  
 perfictæ frontis, tum maliciôsæ mentis argu  
 menta omnibus de se dedit. At vero nullis ver  
 bis consequi queam, quam impudentis eius li  
 belli scriptionem inique tulerim. Continuo  
 enim, vt de ea rescui, & edictis, ne in ditione  
 mea vel venderetur vel legeretur caui, & in Bi  
 bliopolam, qui primus hic venum exposuerat,  
 acerba carceris multa animaduerti. Et infra.  
 Potro non mediocriter etiam animum meum  
 leuat, quod cum præ cæteris Germaniæ Proce  
 ribus, in Lutheri scriptis ac concionibus nunc  
 apertius, nunc obscurius impetar: Accidat hoc  
 mihi commune cum Heroibus alioqui lauda  
 tissimis, Carolo Cæsare, eius nominis Quin  
 to, in cuius verba iurasse gloriosum mihi du  
 co: & Hærico Octauo, potētissimo Anglorū Re  
 ge: Cū quibus equidē vituperari malim, quā cū  
 Lutherana colluic laudari. Neq; enim quo mi  
 n°probi Christianiq; p̄cipis officiū facere per

*Comitiator  
 Principum  
 Lutherus.*

*Nequiti. fa  
Translatio  
noui testamē.  
per Luth.*

gam, iste vllis vel minis vel cōuitis efficiet  
rursus post pauca. Atqui hominis scripta,  
inde atque nocentissimos hostes à ciuitate  
pariter & finibus meis, quacunq; ratione  
tur, aberceo. Id quod diligenter adeo pe  
quor, vt cum nuper, præter expectatione  
exiisset Germanica illa noui Testamēti tran  
tio (cuius Epistola quoque tua mentionem  
cit) eius libri exemplaria omnia, quorquor  
portata ac diuendita fuerant, mea ipsius pe  
nia, ab iis qui emerant, redimerem. Nimit  
quod iam tum animus hoc mihi dictaret, & cō  
gentior librorum inspectio satis indicaret,  
gratia susceptum à Luthero hunc vertēdi labo  
rem, vt hac arte vniuersam scripturam suo  
modo translata, ad dogmata sua confirm  
da detorqueret. Nam quia videbat fieri nō p  
se, vt absurda illa sua Paradoxa, veterum The  
logorū, à quorum doctrina pariter & vita pu  
cul abest Luther⁹, scitis astrueret, scripturæ li  
plicitate aliquoties in alienum atque adeo in  
pugnantem sensum flexibili, ad eum modum  
abuti instituit. Quod autem cōsiliū callidū  
apriusque ad simpliciorum animos captando  
capere potuisset, quam vt vniuersam noui Te  
stamenti scripturam, nouo genere, tum inter  
pretationis, tum annotationis, in suum iudiciū  
deflexam, velut hamum esca rectum, vulgo por  
rigeret? Alioqui aut nullis, aut non nisi stulti  
dissimis persuaderet, vt bonorū, ita & malorū  
necessitatem à Deo pendere. Quod dogma eū  
in

in Philosophis suis Ethnici homines non tolerarint, nos Christiani, quibus dei doctrina clariori veritatis luce affulsit, in Luthero amplectemur? Quod si semel cum Luthero recipimus, omnia euenire necessario, iam sane omnis humanae rationis vis, omne consilium, ius denique omne, quo vel praemium bonis, vel poena malis decernitur, frustra esse cõperientur. Hæc & id genus multa Dux Georgius grauius & ex animo (vterat sincerus & sine fictione) ad Regem Angliæ. Idem Princeps, posteaquam vidit libellum Lutheri Teuthonicum, ad Nobilem quendam Hartmannum de Croneberg æditum, in quo multis iniuriis & calumniis illum publice traduxerat: cœpit per literas Lutherum interrogare, an fateretur eum libellum vere suum esse. Is autem, ferox Principum cõtemptor, mox ferocissime illi respondit, plus fere iniuriarum ingerens in epistola, quam fecerat prius in libello. Quamuis in Lipsica disputatione longe aliter de eo Principe sensisset, atque etiã publice scripsisset antea. His igitur verbis exorsus est epistolam in Teuthonico. Cessare à furendo & insaniendo cõtra Deum & Christum eius, loco mei obsequij, in primis, Inclemens Princeps ac Domine, vestre Illustris Inclementiæ literas simul cum libello seu epistola, quam ad Dominum Hartmannum à Croneberg scripserim, accepi, & feci mihi precipue legi eum locum, de quo vestra Illustris Inclementia queritur, tanquam de atrocibus in-

*Iniuria Lutheri contra Ducem Georgium.*

*Ferox & cõtemptor epist. Luth.*

iuriis, quæ ad animã, Iustitiam & famã spectant.  
 Ille enim libellus antea & hic & alibi excusatus  
 est. Cũ igitur scire desideret vestra Illustris  
 clemẽtia quibusnã verbis in eo state velim,  
 ne respõsum meũ est, mihi tãtundẽ valere  
 vestra Ill. Incle. ut cunq; accipiatur siue  
 stando, siue pro iacẽdo, sedẽdo aut currẽdo,  
 post pauca. Nã si vestra Ill. Incle. non mentitur  
 inciuiliter, me vestrã animã, honorẽ & bonã  
 famã lædere, Christianam veritatẽ nõ ita  
 lerate criminaretur & persequeretur. Atque  
 hoc nõ primũ est, quod à vestra Ill. Incle. calu-  
 niatus ac male accusatus sum. Et in fine sic  
 bet. Vuittenbergæ Octauo die Ioãnis XXI.  
 Cum hac subscriptione. Martinus Luther, Do-  
 gratia Euangelista Vuittenbergẽsis. Paulo  
 te adiderat Romæ insigne in Lutherum volu-  
 men, Doctõr Ioannes Faber, Episcopi Con-  
 tiẽsis tũc in causis Ecclesiasticis vicarius, Quo-  
 cũ admodũ copiose ex scripturis & vetustissi-  
 mis quibusq; autoribus, Græcis & Latinis, Po-  
 testatẽ Papæ, Sacramẽta Ecclesiæ, & sacrosan-  
 tus assereret: In Germania quoq; excusum et  
 denuo, nõ solũ Lipsiæ iussu suprãdicti Principis,  
 Ducis Georgij, verum etiã Colonix Agrip-  
 pinæ, vbi titulum istum promeruit, vt diceretur  
 Malleus in hæresim Lutheri. In quem sane li-  
 brum nihil aliud scripsit Lutherus, quam atro-  
 cem quandam calumniam Teuthonice in præ-  
 fatione sua, quam præfixit Expositioni Septimi  
 capitis Epistolæ beati Pauli, primæ ad Corin-  
 thios,

*Volumen Io-  
 annis Fabri,  
 qui postea sa-  
 cratus est Epi-  
 scopus Vien-  
 nensis.*

*Calvinia Lu-  
 the. in Io. Fa-  
 brum de Ma-  
 trimonio.*

hios. Ait enim. Prudentes seculi, stultis scele-  
stisque scriptionibus & clamoribus suis, contra  
statum Matrimonij, mundum replent, & ab eo  
cunctos dehortantur: cum tamen ipsimet inte-  
rim bene sentiant, atque etiã facto satis demõ-  
strent, se mulieribus carere non posse, tanquã  
ij, qui non nisi ad matrimonium creati sunt, ve-  
nãtur, agitãt & tractãt meretrices die noctuq;.  
Huius generis quoque est nũc Archimorio ille  
Ioannes Faber Constantiensis, immo famosus  
ille fornicator, qui magnũ scripsit librũ, Lipsiã  
nuper excussum, cõtra statũ Matrimonij, ad de-  
hortandum ab eo vnumquenque: nihil tamen  
amplius dicens, nisi quam multã molestiã & la-  
bores in eo sint, Perinde ac si id non sciret iam  
olim totus mũdus, & asintnum caput istud nos  
id ipsum primo doceret, quod nemo rusticorũ  
vel in villis ignorat. Si essem ego ipsa Castitas,  
non scirem maiorem magisque intolerabilem  
iniuriam & opprobriũ, quam quod huiusmodi  
nebulones, meretricumque venatores & ho-  
stes castitatis, me laudatẽt. Nebulones sunt, nõ  
solum in cute, verum etiam in fundo sui pecto-  
ris, qui digni non sunt, vt eis respondeatur. Et  
post pauca. Cum igitur Deus mulierem ita  
creauerit, vt debeat & cogatur esse circa virum,  
satis nobis fuerit, Deum esse nobiscum: Ideo  
que Matrimonium honoremus velut diuinum  
nobileque negocium. Quod si scioli isti illud  
inire noluerint, dimittamus eos in sua cecitate  
fornicari ac scortari, quã diu permiserit eis deõ.

Nos habemus verbū Dei pro nobis, quod  
 nebit, & non obstupescet coram eiusmodi  
 sis fabris, etiam si plures forent, quā sit  
 na maris. Hac impudenti calumnia totum  
 bri librum, populo suspectum atque in  
 reddere sategit Lutherus. At vir eruditissim  
 non contra Matrimonium, sed pro eo, nec  
 quod recte connumeretur ab Ecclesia inter  
 prem Sacramenta (quod negauerat Lutherus  
 eo libro scripserat, & quidem per digressio  
 cum esset præcipua eius intentio, Confutatio  
 bellum Lutheri de potestate Papæ. Contra  
 sane lōga serie deduxit (ut vberissimi est ingen  
 respōsiones CXXVI. In quæ & Ioānes Eck  
 vir doctissimus, tres iustos perscripsit & Paul  
 edidit libros, quibus nec Lutherus nec Lu  
 ranorum quispiam respondit. Quamuis  
 Paulus in eo capite, quod Lutherus præcipu  
 expositione peruertit, in multis argumētis  
 ginitatem commendat, atque etiam Matr  
 nio præferat: Quippe vbi ait. Volo autem  
 nes vos homines esse sicut me ipsum. Item. D  
 co autem non nuptis & viduis, bonum est illi  
 si sic permanferint, sicut & ego. Item. De vir  
 ginibus autem præceptum Domini nō habeo  
 consilium autem do. Item. Quoniam bonum  
 est homini sic esse. Item. Solutus es ab vxore,  
 noli querere vxorem. Et adhuc multo apertius.  
 Volo, inquit, vos sine sollicitudine esse. Qui si  
 ne vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quo  
 modo placeat Deo: Qui autē cū vxore est, solli  
 citus

*Paulus vir-  
 ginitatē con-  
 iugio præ-  
 fert.*



citus est quæ sunt mundi, quomodo placeat  
 vxori, & diuisus est. Et mulier innupta & virgo,  
 cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore  
 & spiritu. Que autem nupta est, cogitat quæ  
 sunt mundi, quomodo placeat viro. Item. Igi-  
 tur & qui matrimonio iungit virginem suam,  
 bene facit: & qui non iungit, melius facit. Hæc  
 tamen omnia Pauli dicta, Lutherus impuden-  
 tissime pariter & impiissime peruertit, & in sce-  
 leratæ libidinis, cui Monachi Monialesq; sacri  
 legas nuptias prætexunt, patrociniū detor-  
 quet expositione sua Teuthonica, quam Epitha-  
 lamion vocat. Vbi ergo Apostolus ait. Volo  
 omnes homines esse sicut me ipsum, sed vnus-  
 quisq; proprium donum habet ex Deo: alius  
 quidem sic, alius vero sic. Ibi Lutherus egregia  
 expositione sua sic infert. Ex his sequitur, in-  
 quit, quam immaniter errent, qui Moniales in-  
 flant, quod status earum coram Deo præstan-  
 tior ac melior sit Matrimonio, & fingūt ibi spe-  
 ciales aureolas, & nescio, quot prerogatiuas ac  
 dignitates, easque vocant sponsas Christi, quæ  
 potius Diaboli sponse sunt, cum non vtantur  
 castitate, sicut ea vti oportet: Nempe, non vt co-  
 ram Deo melior sit: sed vt super terram liberio-  
 res aptioresque reddat homines ad insistendum  
 verbo Dei, quam Matrimonium. Et post pau-  
 ca. Cum vero hic simus in eo loco, vbi Paulus  
 Matrimonium tam sublimiter extollit, & do-  
 num diuinum vocat, nos quoque amplius con-  
 syderabimus & ostendemus, Matrimonij sta-

*Lutheri casu  
 nis contra sa-  
 cras virgines*

*Luth. præferre  
 coniugij cum-  
 elis statib. re-  
 ligiosorum.*

tum omnium maxime spiritualem esse, falso  
 & inique quosdā Ordines dictos fuisse spiritua-  
 les. Matrimonium vero statum sæcularem. Sed  
 viceversa, Matrimonium dici debere vere spiri-  
 ritualem statum, ut est: Ordines vero vere sæcu-  
 lares status, ut sunt. Mere igitur peruersum ab-  
 sum verborum mundo intulerunt, ac omnibus  
 imposuerunt: seducendo, ut diceretur sæcula-  
 re, quod spirituale erat: Spirituale vero, quo-  
 re vera sæculare erat. Et infra. Vbi Paulus ait  
 Virginitatem à Deo præceptam non esse, non  
 magis quam Matrimonium: hoc est, liberam om-  
 nibus esse debere, Per hoc auferat ab ea omni-  
 honorem, qui ei ab altis prædicatoribus datum  
 hæctenus fuit. Vbi enim non est præceptum, illi  
 coram Deo nec meritum vllum est nec præ-  
 mium, sed libertas quædam secundum se. Coram  
 Deo enim tantundem valet, siue sis siue non sis  
 virgo. Et sicut supra dicit, Qui vocatus est ser-  
 uus, libertus est domini: Ita & hic dici potest.  
 Quæ vocata est virgo, mulier est coram Deo: &  
 quæ vocata est mulier, coram Deo virgo est.  
 Coram Deo enim omnia æquivalent, nec vlla  
 est distinctio personarum, nec meritum operum:  
 sed solummodo æqualis fides in omnibus &  
 per omnia. Eum librum Latine translatum,  
 confutauit insignis Theologus, Doctor Con-  
 radus Kollin, Ordinarius Theologiæ Professor  
 Colonia, in Cœnobio Prædicatorum: sed ita  
 copiose, ut prima pars Confutationis in sex  
 haud ita breues libros extensa sit, vsque adeo  
 exquisi-

*Iust. contra  
 Virginitatem*

*Confutatio  
 Epithalamij  
 per D. Con.  
 Kollin.*

exquisite ad singula illius dicta respōdit. Summatim vero dicit à Luthero per Epithalamium suum lasciuum, verum Paulini textus sensum deprauatum: Pauli virginitatem negatam (viduū enim fuisse affirmat) patrias Germaniæ leges abrogatas: Religionum famam denigratam, continentia apud Deum & fructum & aureolam sublatam: Cleri celibatum fœdis ac vetitis nuptiis conspurcatum, Digamiam Clericis admiffam: Sancta nostra prophanata, Ecclesiæ pulchritudinem deformatam: Monialium pudicitiam in fornicum turpitudinem versam, pia Monasticorum vota conculcata: Breuiter Christū de cordibus hominum cum omni pietate & religione pariter eiectum, Turcæ doctrinam Germanis traditam, eique ad occupandum vi Germaniam, quam perfidis Apostatis ille repleuit, eo libro paratam esse viam. Exierat iam à Io. Cochleæ editus de gratia Sacramentorū liber vnus, alter item de Baptismo paruulorum, Argentorati. Quorum sane priorem vt vidit Lutherus, mox in eum parauit respōsionem: adeo quidem ludicram & conuitiosam, vt ipsemet diceret suo Neseo (quē postea in Albi misere submersum, spe miraculi, vanis immurmurationibus frustra in vitā reuocare tentauit) si pro bacchanalibus illis ineptire videretur, ipsum Neseum eius ineptiæ sibi autorem esse, & satis quidem imperiosum. Atque vt maior appareret contemptus, septem ludendo carmina præmisit, Quorum sic habet initium.

*Ludicra respō  
sio Lut. contra  
Ioan. Cochleum.*

*Arma virumque cano, Mogom qui mox  
ab oris,  
Leucotea, fato stolidus. Saxonaque veni  
Littora, multum ille & furiis vexatus  
astro,  
Vi scelerum, memorerasorum cladis ob*

*Libellus Io-  
annis Coc. ad  
versus Cucul-  
latum Mino-  
taurum.*

Huic eius libello protinus respondit Cochlaeus, haud multum dissimili ludendi genere, temporis opportunitate inductus. Nam prolo ante monstrosus in propinquis Vittenbergæ finibus visus fuerat uaccæ partus, qui calcitrante capite, monastico cernebatur circumdatus cucullo, ut scilicet monstrosum illum nobis presentenderet Apostatam, qui cucullum suum prolo ante abiecerat: licet ipse aliter interpretari frustra conaretur. Titulus itaque libelli sic habebat. Aduersus Cucullatum Minotaurum Vuitenbergensem Ioannes Cochlaeus de Sacramentorum gratia, iterum. Initium vero libelli pro carminibus carmina reddebat in huiusmodum.

*Carmina in  
Laeb.*

*Monstra bouemque cano, Borea qui primus  
ab oris,  
Teuthonicas terras profugus conspurcat,  
& omnem,  
Sub specie monachi violat pacemque si-  
demque.  
Vi Sathanae, seuis furiis agitatus, & astro  
Diræ Thesiphones, vlrici Anathemate  
pœnas*

Expo-

*Exposcente furit, mugitu vastus inani  
Semiuri lacero sub semibouisque cucullo.*

Cæterum Typographus Colonienſis, qui libellum inſcio Cochlæo excudebat, hæc verba, pro ſui excuſatione, in frontiſpicio præmiſit. Criminationes, inquit, Lutheri, quibus ex ordine hic reſpondetur, particulatim ſingulis reſponſionibus ex induſtria prætexuimus, vt æquus iudex, re æqua lance expēſa, cognoſcat, omni Minotaurō nō deeſſe ſuum Theſea. Sub finē vero libelli ſic ait Cochlæus. Sed quid mirum, ſi hoc in libro, quantūlibet breui, ter mutaueris ſuper vna eademq; re ſententiā, qui hoc idem ſuper eadem re, ter quoq; feceris prius in vno folio tuæ aſſertionis? Quem igitur non tædeat, tecum, qui vſq; adeo varius mobilisque & impudens es, diſputare? Ad ea vero nihil amplius reſpondit, neque Lutherus nec complicū eius quiſpiam. Adidit vero alium libellum Lutherus, de formula Miſſæ & communionis: adeo ſane imperioſum, vt arrogauerit ſibi ius cōſtituendorum rituum, quod ipſe prius immani ſuperbia, nec ſummo Pōtifici nec Generali Cōcilio permittere volebat. Hoc eſt igitur eius libri exordium. Haſtenus (inquit) libellis & ſermonibus egi inter populos, vt corda primū ab impiis opinionibus cæremoniarū auocarem: Chriſtianū & cōmodū arbitratus me facere, ſi cauſa fierem, vt abſq; manibus cōtereretur abominatio, quam Sathan per hominē pēti in loco

*Inconſtans  
Luth.*

*Liber Lut.  
de formula  
miſſæ.*

*Propugnacu-  
lum Iudoci  
Clichtones.*

*Verba Cli-  
chtones.*

sancto statuerat. Proinde nihil vi aut imperio  
taui, nec vetera nouis mutauit. Et post pauca  
Quare de formula (inquit) aliqua pia missa  
(vt vocant) & communicandi agemus: ac sic ag-  
mus, vt non amplius solum verbo doctrinae  
da regamus, sed manum quoque apponamus  
publica administratione in opus perducamus  
nulli prorsus praeducantes, ne aliam amplecti  
& sequi liceat &c. In hunc eius librum scripsit  
Propugnaculum quoddam Ecclesiae, longe claris-  
simum Theologus: vir & vitae innocentia, &  
eruditionis vbertate insignis, Iudocus Clichtones  
ueus, Doctor Parisiensis. Qui antea Antilutheri-  
rū quoque scripserat: Ternos autē libros comple-  
ctitur opus vtrunque, & eos quidem tum scri-  
bitur facilitate, tum doctrinae multiugis copia & va-  
rietate conspicuos. Ad quos tamē omnes, qui  
Latini sunt, Teuthonicus Euāgelista perpetuo  
taet: caute dissimulans, ne quid eorum Germa-  
niae plebes, in quas Apostolicam sibi arrogat au-  
toritatem, intelligant. Hic autem breuitatis gra-  
tia suffecerit, recitare pauca ex iis, quae vir ille  
ad Lutheranum respondit exordium. Seuerus  
(inquit) dignum est censura, quod impias vo-  
cat Lutherus Caeremoniarum opiniones, in Ec-  
clesiastico officio fieri solitarum. Nam veteris  
legis ritus, in oblationibus & sacrificiis illius  
temporis obseruari consuetos, nemo sanae me-  
tis impios dixerit: Cum iusserit sapissime Do-  
minus in Exodo, Leuitico, Libro Numeri &  
Deuteronomio, illos diligenter & districte pro  
legis

legis illius decursu custodiendi . Quis igitur nisi plane improbus , & mente parum constans , Nouæ legis Cæremonias , magisterio spiritus sancti inlittas , & sacrorum mysteriorum significatiuas , promouentesq; populum in maiore diuini cultus reuerentiam , appellauerit impias aut sacrilegas ? Et infra . Quæ obsecro nocetior posset induci pestis in Ecclesiam Dei , aut quæ magis horrenda confusio , quàm vt tandem nulla habeatur certa forma , celebrandi diuinum Missæ mysterium ? Quod omnium , quæ in Ecclesiastico geruntur ordine , excellentissimū est & supremū . Cuius vniformis fuit ritus apud Hebræos , immolandi atque manducandi agnū Paschalem typicum , quam diu veteris Synagogæ decursus agebatur : nonne pudendum esset & abominandum , ipsum verum agnum Christum immolari in altari , multiformi ritu & vario , atque pro cuiusque nutu permutando ? Et rursus . Verū percontari nunc ( inquit id unum à Luthero velim , in qua potestate hæc facit , & quis dedit illi hæc potestatem , vt antiquam formam celebrandi diuini mysterij immutet , & nouam fabricet ? Si enim de cælo se missum contendit , aut à Dei spiritu , ad moliendum id opus , signa sui Apostolatus ostendat oportet , quibus fidem faciat , à Deo ipsum esse quod tætat . Huiusmodi autem signa nec dum cuiquam conspecta sunt aut cognita . Hæc ille . Agerime autem ferebat Lutherus , Vuittenbergæ coram oculis suis perdurare adhuc veteres Cære-

*De vniformi  
ritu celebran-  
di Missam.*

*Iniurie Lut.  
contra Eccle-  
siam Omnium  
Sanctorum  
Vuittenberge.*

monias in Ecclesia Collegiata, quæ memorat  
& venerationi Omnium sanctorum dedicati  
erat. Dux enim Fridericus, Elector, quamvis  
contra Ecclesiam permissis multa Lutheri  
bat non tamen omnem pro libitu impietatem  
passim admittebat, vi admisit postea frater  
Nondum licebat Lutheri, viuentis illo, sacrile-  
gas inire nuptias: nondum euacuare aut spoli-  
re personis & bonis Monasteria: vi cogere au-  
pellere pastores Catholicos &c. Ait itaque  
sine istius libelli sui, quem de formula missæ  
di adiderat. Nec vos aut quosuis alios abster-  
reat, quod in nostra Vuittenberga adhuc perle-  
uerat Topheth illa sacrilega, quæ Principi Sa-  
xonie impia & perdita pecunia est: Ecclesiam  
dico omnium Sanctorum. Nam tantum est, miserere  
Deo, apud nos antidoti per copiosum verbum  
Dei, vt pestis illa in angulo suo languens, non  
nisi sibi ipsi pestilens sit. Denique vix tres aut  
Quatuor porci & ventres, sunt in ipsa illa per-  
ditionis domo, qui pecuniam illam colunt: Cæ-  
teris omnibus simul & vniuerso populo insi-  
gnis nausea & abominatio est. Accidit eo an-  
no res in eum vsq; diem apud Germanos in-  
audita, & facinus plane audacissimum, contra  
omnes & leges & Canones, ac maxime nefan-  
dum atque sacrilegum. Nempe ciuis vnus op-  
pidi Torgauie (vbi plarumq; residere solet Dux  
Saxonie Elector) ausus fuit ex vno Monasterio  
Nymicensi claustrum abducere Vuittenbergam, Nouem  
virgines sacras pariter: & quidem in tempore  
sacratissimi.

*Novem Mo-  
nialos vna no-  
stra rapta &  
abducte Vuit-  
tenbergam.*



memoriam sacratissimo, quo omnis populus maxime occu-  
 a dedicari solet cultu Dei & deuotionis studio: In  
 tuamur peragenda passionis Christi memoria, confi-  
 permitte tendis que peccatis, & in sacratissima Eucharis-  
 erate m-  
 frater et-  
 o, sacris  
 ut spe  
 gere au-  
 itaq  
 millan  
 abste  
 c perle  
 ipu. Sa  
 celestia  
 miserere  
 verbi  
 s, non  
 res au-  
 la per  
 t: Ca-  
 infi-  
 o an-  
 s in-  
 ontra  
 defa-  
 op-  
 Dux  
 erio  
 ue m  
 ore  
 illi.

facratissimo, quo omnis populus maxime occu-  
 a dedicari solet cultu Dei & deuotionis studio: In  
 tuamur peragenda passionis Christi memoria, confi-  
 permitte tendis que peccatis, & in sacratissima Eucharis-  
 erate m-  
 frater et-  
 o, sacris  
 ut spe  
 gere au-  
 itaq  
 millan  
 abste  
 c perle  
 ipu. Sa  
 celestia  
 miserere  
 verbi  
 s, non  
 res au-  
 la per  
 t: Ca-  
 infi-  
 o an-  
 s in-  
 ontra  
 defa-  
 op-  
 Dux  
 erio  
 ue m  
 ore  
 illi.

adeo nihil doluit Lutherus, vt mox adito libro  
 illud toti Germaniæ inuulgauerit: Iuxta illud  
 Salomonis. Qui relinquunt iter rectum, & am-  
 bulant per vias tenebrosas: Qui latrantur cum  
 male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Et  
 secundum illud Esaie. Peccatum suum quasi  
 Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Lau-  
 dans igitur impium Raptorem illum, quem vo-  
 cat Leonardum Koppem, ait in Teuthonico in  
 id adito libello. Fecisti opus nouum, de quo  
 prouinciæ hominesque cantabunt & loquen-  
 tur, quod multi velut ingens incommodum pro-  
 clamabunt. Qui autem cum Deo sentiunt, ve-  
 lut ingens commodum glorificabunt, vt sis cer-  
 tus, Deum ita ordinasse, & non esse opus aut  
 consilium tuum proprium: ac flocci facias illo-  
 rum clamorem, qui pro omniū pessimo id ope-  
 re habebunt, & existimabunt neque ordina-  
 tum neque commissum à Deo. Vah Vah, dicet,  
 stultus Leonardus Koppen, à damnato & hære-  
 tico Monacho circumuentus, audet Nouem  
 Moniales vna vice abducere è Monasterio, &  
 adiunare, vt vota sua vitamque Monasticam abne-  
 gent ac deserant. At dixeris hic. Hoc vero est  
 pulchre seruare secretum & occultare, immo  
 prodere ac vendere, vt in me concitetur totum

*Prover. 2.**Esa. 7.**Verba Luth-  
ri de rapto  
illo.*

K

Cænobium Nymicense, quando iam audi-  
 me illum fuisse raptorem. Respondeo (in  
 Lutherus) immo vero fœlicem raptorem,  
 & Christus raptor erat in mundo, quando  
 mortem suam Principi mundi auferebat  
 & vasa sua, ipsumque ducebat captiuum.  
 & tu has miseris animas ex carcere humani-  
 rannidis eduxisti, & quidem opportunè  
 tempore in Pascha, quo Christus suorum  
 que captiuitatem captiuam duxit. Et ne  
 rationis aut pudoris ferali huic scelere re-  
 esset, Lutherus in fine illius libelli sui no-  
 natim commemorat Nouem Moniales illas  
 mine & cognomine vnamquamque prop-  
 quæ omnes erant genere nobiles: In perpe-  
 sane dedecus & opprobrium tot inclytarum  
 miliarum: quas tam insigni scelere diffamata  
 que vt completior fieret ea iniquitas, septem  
 miserrimarum Apostatarum illarum, Catho-  
 na de Bore, post biennium in seculo, vaga  
 ter scholares Academicos conuersatione Vu-  
 tenbergæ exactum, mox vt diem obierat Du-  
 Fridericus Elector, facta est Luthero (si Diis pi-  
 cet) vxor: Monacho Monialis, perfido perni-  
 da, flagitioso flagitiosa: scilicet vt esset dignum  
 ollæ operculum, & par pari facile coniunge-  
 retur, & mentiretur eis Paulus, dum ait. Ha-  
 bentes damnationem, quia primam fidem ite-  
 ritam fecerunt. Tantum vero erat odium Lu-  
 thero, non modo in Papam, verum etiam in  
 vniuersam Ecclesiam Catholicã, vt iis, qui mani-  
 feste

*Nomina Mo-  
 nialium à Lu-  
 the. expressa.*

*1. Tim. 5.  
 De libro Lu-  
 the. ad Bohe-  
 mos.*

fesse foris sunt, quales sunt Pighardi & Hussi-  
 tæ, mallet coniungi, quam ad Catholicos, qui-  
 bus tot antea annis communicauerat, redire.  
 Scripsit itaque duos libros ad eos, quos Papæ  
 inimicos putabat: Vnum quidem ad Vualden-  
 ses, quos Pighardos dicimus, per Bohemiam.  
 Morauiamque dispersos: Alterum vero Latine  
 ad Senatum Pragensem, tanquã ad præcipuos  
 Hussitas. Quanquam ante paucos annos, utro-  
 que, velut hæreticos & schismaticos, etiam pu-  
 blicis scriptis fuerat insectatus. Etenim in Pi-  
 ghardos atrociter inuectus est, tum in Decem  
 præceptis, tum in Resolutionibus suis. Hic sa-  
 ne in hæc verba. Quod si etiam tempore Apo-  
 stolorum, non fuisset Purgatorium, ut superbit  
 fastidiosus Pighardus, nunquid ideo creden-  
 dū est hæretico, vix Quinquaginta annos nu-  
 per nato, & fidē tot sæculorū falsam fuisse con-  
 tendendū? maxime cum ipse nihil aliud faciat,  
 quàm quod dicit, Non credo. Et sic probauit  
 omnia sua, & improbauit omnia nostra: Quasi  
 non & lignū & lapis non credāt. Illic vero sic.  
 Verum, inquit, ne Pighardi, hæretici infelices,  
 suas partes à me adiutas confidant: Qui præ ni-  
 mia ruditate nobis Teuthonicis, superbissimo  
 fastidio indignati, imponūt, quod Sanctos Dei  
 colamus, & Idola faciamus: & ideo contra nos  
 aceruum versuum scripturæ cōgregant. In qui-  
 bus prohibetur, ne adoret quis nisi vnū Deū.  
 Simul impij peruersores scripturæ, & subdo-  
 li calumniatores pietatis nostræ. Ita enim ru-

*Luth. in reso-  
 lutione con-  
 cl. 15.*

*Luthe. De  
 X. præceptis  
 c. I.*

stici illi nos tandem docent, quod solus Deus  
 sit adorandus, & gloriantur, ac si nos idipsum  
 negauerimus. Posteaquàm vero miser Apollonius  
 ta publicum Ecclesiæ Romanæ hostem se  
 re cœpit: Inimicis eius, quos antea contem-  
 uerat, pudendis blanditiis muliebriter adu-  
 tus est, ut socius eorum fieri mereretur. At  
 tur ad Vualdenses Teuthonice (quem libellus  
 postea transtulit Ionas, adulator & interpres  
 Lutheri) Circumfertur libellus quem vestri  
 mystra Germanice, nunc & Bohemice, adu-  
 runt, ad instituendos in summa Christiani-  
 pueros. In quo inter reliquos articulos & articulus  
 continetur, Christi corpus sub Eucharistia  
 cramento non naturaliter contineri, neque  
 esse adorandum. Quod dogma vestrum, nos Ger-  
 manos non mediocriter cômouit. Neque enim  
 ignoratis, quomodo vos per vestros Legatos  
 rogauerim, ut huic articulo, de quo vos pau-  
 obscurius differere videbamini, iusto super his  
 libello adito, lucem adderetis. Et infra in gra-  
 tiam eorum calumniatur & conculcat omnia  
 sacra nostra. Et tamen his (inquit) ex re moni-  
 hoc genere adorationis, omnia templa, monas-  
 teria, breuiter omnes anguli pleni sunt, & totus  
 cultus Papistici regni nihil aliud fuit, quàm  
 assidua subsannatio, sub hac voce, Ave rex he-  
 dæorum, Cum enim tot sint templa Cathedra-  
 lia, Collegiata, & plures Monachorum sectæ,  
 quàm auium species: tot cœnobîa, tot altaria,  
 tot sacella: tamen in his omnibus, vix inter Mil-  
 le

*Euche. ad  
 Vualdenses de  
 Eucharistia.*

*Calumnie Lu-  
 the. in Catho-  
 licos de Ado-  
 ratione Eu-  
 charistia.*

le vnū reperias, qui spiritali adoratione Deū  
 honoret, omnes vero ex æquo rideant & sub-  
 sannent externa hac hypocrisi. Et potissimum  
 sic ridetur Christus & Deus, festo Paschatos &  
 Corporis Christi in omnibus Missis, vt vocāt,  
 in pompa & processione, vbi in auro & arge-  
 to circumfertur Eucharistia. Ibi multum hono-  
 ris externi exhibetur Deo, qui tamē nihil aliud  
 est, quam derisio Dei, cum absit fides & spiritus  
 sanctus. Et rursus. No: (inquit) certi sum<sup>o</sup>, vo-  
 bis per donum inenarrabile Dei contigisse pu-  
 ram doctrinam & magnam lucem verbi, etiam  
 si sit infirmitas forsan adhuc & satis erratorum  
 in moribus & vita. Et post pauca. Quanquam  
 apud nos necdum tam bono ordine, in externa  
 distributione Sacramēti omnia cōstituta sunt,  
 vt de vobis audio. Orate vero & vos pro no-  
 bis, vt assiduum exercitium, tum verbi, tū etiā  
 charitatis, & bonæ vitæ apud nos sit: presertim,  
 cum è luto illo Papistici regni nuper eluctati si-  
 mus. Et sub finē libelli. Orestor (inquit) vos  
 per charitatem Christi, ne meum scriptum in  
 eam partem accipiat, quasi vestris erratis me  
 titillarim. Sed tamen cum sciatis, vos in toto  
 orbe hactenus tanquam pestilentissimos hære-  
 ticos proclamatos: hic testimonium vobis per-  
 hibere volui, quod propius accedatis ad puri-  
 tatem Euangelij, quam omnes alij, quos ego  
 cognouerim. Quid autem de Bohemis Huli-  
 tis olim senserit Lutherus, in Galatis suis luci-  
 de quidem declarauit. Sed cum pœniteret eum

K. iij

*Blandicia  
 Lutheri ad  
 Pighardos.*

*Dānatio Bohemorum.  
Luth. In cōmentario ad Galatas c. 6.*

paulo post eius sententiæ, verba illa deinceps à Typographis eius omiſſa ſunt. In primam aditionem adhuc permanent. Etenim Apoftolus ait. Alter alterius onera portate. Lutherus pulcherrime declarat, non eſſe ab eccleſia propter malos diſcedendum. Hi, inquit hanc peruertunt doctrinā, qui volunt ſua onera portari, & ſolum commodis aliorum fruiveri: Vt qui indoctos, inutiles, iracundos, impios, difficiles, moroſos, dedignantur habere ſocios vitæ: ſed quærunt humanos, ſuaues, benignos, quietos & ſanctos homines: Hoc volunt, non in terra, ſed in paradifo: non inter peccatores, ſed inter Angelos: non in mundo, ſed in cælo viuere. Quibus quoque timendum eſt, ne & hic recipiant mercedem ſuam, in hac vita ſuum regnum cælorum poſſederint. Nam cum ſponſa nolunt eſſe lilium inter thyrſas, nec cum Hieruſalem in medio gentium poſita, nec cum Chriſto damnari in medio inimicorum. Enacuant enim crucem Chriſti in ſeipſis, & ocioſam ac ſtertentem aliis que humanis veſtatam charitatem habent. Proinde qui fugiunt talium ſocietatem, vt boni ſiant, nihil aliud faciunt, quam vt peſſimi omnium ſiant. Quod tamen non credunt: quia propter charitatem fugiunt germanum officium charitatis propter ſalutem fugiunt verum compendium ſalutis. Eccleſia enim tunc ſemper fuit optima, quando agebat inter peſſimos. Et poſt pauca. Conſequens eſt (inquit) quod Bohemorum diſci-

discidiū à Romana Ecclesia nulla possit excusa-  
 tione defendi, quin sit impiū, & Christi omni-  
 bus legibus contrarium: quia contra charitatē,  
 in qua omnes leges summantur, perstat. Nam  
 hoc, quod vnice allegant, sese timore Dei &  
 conscientia, defecisse, ne inter malos sacerdo-  
 tes & Pontifices viuerent: hoc eos maxime om-  
 nium accusat. At longe aliter scripsit postea, *Eorundem is-  
 tificatio.*  
 tum in Babylone sua, tum in assertionē XL.  
 Articulorum. Et longe post, ad Senatum Pra-  
 gensē, de instituendis ministris Ecclesie. In  
 quo sane libro, hunc in modum narrare cœpit.  
 Posteaquam praevalente (inquit) Sathana, Bo-  
 hemia regnum, Episcopis & sacerdotib⁹ (quos  
 vocant) sublatis, vastum ac solitarium relictum  
 est, autoritate Pontificum Romanorum: mise-  
 ra ac dura necessitate adacti fuistis, quotannis  
 in Italiam mittere Clericos vestros, pro Ordini-  
 bus Papisticis emendis. Quod vicini Episcopi  
 profus non dignarentur eos ordinare, cū pro-  
 obstinatis hæreticis vos haberent. Ea vero ne-  
 cessitas, quanta super vos incommoda & peri-  
 cula secum traxit? Et infra. Facta est tandē hac  
 ratione copia crudelissima quibuslibet nebulos-  
 nib⁹, Apostatis, & quos alioqui nulla pars ter-  
 rarū ferre potuit, ad vestrū ministeriū perueniē-  
 di, ita vt in fabulam abierit hæc misera vestra  
 necessitas: Videlicet, quod Bohemis dignus sit  
 sacerdos, qui apud Teuthonas laqueos & cor-  
 uos meruit. Sic Bohemiam repleri oportuit in-  
 signiter sceleratis simul & indoctis pastoribus,

vel lupis potius rapacibus. Hinc manat cal  
 illud & Babylonia confusissima in clarissimo  
 gno vestro, dum partim necessitate habendi  
 nistros, partim impotentia corrigendi sit,  
 quisque doceat quod voluerit: aliud in alio  
 co prædicet: nonnulli ficto sacerdotis titulo,  
 pulos ludificentur: alij Parochias emant: alij  
 intrudantur: successor contraria antecessor  
 tuat. Et rursus. Nunc (inquit) postquam ve  
 Bohemos propriis malis monitos fecimus,  
 Papisticis Ordinibus valedicatis: addam & ve  
 generalem causam, qua suscitemus & vobis  
 toti orbi nauseam & Apostasiam, ab execra  
 illis & abominandis ordinibus. Et infra. Et pe  
 ne salutis nostræ ratio cogit necessario, ab illo  
 rum execratis & damnatis ordinibus abstine  
 re. Væ enim illis, qui huic aduersario Dei  
 Baal Peor, sese initiauerint iam scientes & pe  
 dentes. Verum hæc ratio præ cæteris Natione  
 bus, vos Bohemos maxime mouere debet. Ne  
 vobis non modo in conspectu Dei, quæ admo  
 dum cæteris, sed & turpe corâ hominibus est,  
 ordines ab hoste vestro tum petere, tum susci  
 pere, qui Ioan. Hufs & Hieronymum Pragen  
 sem, cum multis aliis pessimo nomine exustis  
 qui semper vos extinctos voluit: qui vos hære  
 tici nominis opprobrio, sine fine, sine modo,  
 per orbem conspurcat: cuius pestilentibus con  
 natibus vos tanto sanguine restitistis. Necdum  
 tamen illi sanguinarij Tyrannum suorū flagi  
 tiorū pœnitet, nec reuocat sanguinis in occeter  
 damnati

*Contra Pa.  
 pam suadet  
 Luth. Bohe  
 mis.*



damnati exemplum, nec restituit sacrilegum  
 Christiani nominis spoliū. Hæc & id genus  
 multa, in Papam quidem atrocissime, & in sa-  
 cro ordine immississime: sed ad Bohemos om-  
 nino inaniter & vanè deblaterauerit. Illi enim  
 Lutheranos longe magis odio habent, quam  
 Catholicos. Nam adhuc hodie perdurat Pragæ  
 Ecclesia Catholica in priscis patrum ritibus, &  
 per omnem Bohemiam est passim reperire sa-  
 cerdotes, Monachosque Catholicos, vt non sit  
 dubium, si Lutherus Pragæ deprehenderetur,  
 grauissimas daturus esset pœnas libri, vsque a-  
 deo impij, falsique & famoli. Scripta enim eius  
 publico Senatus Edicto ibi sunt interdicta ge-  
 neraliter. Nec sceleriori auspicio scripsit & ad  
 Iudæos Teuthontice, quod Iesus, Deus & sal-  
 uator noster, natus sit vere Iudæus. Quamuis  
 enim & in eo libello grauissimis Catholicos o-  
 neraret calumniis, multisque blanditiis applau-  
 deret Iudæis: Iudæorum tamen nullum pro-  
 fus ad Christum conuertit, sed magis in Chri-  
 stianos exasperauit, & in Christianæ fidei con-  
 temptum incitatos, in Iudaica cæcitate obdu-  
 rauit. Plebem denique Germanicam scœdis-  
 simis adulationibus ac rudissimis scripturæ præ-  
 textibus constituit alio libello iudicem doctri-  
 narum & decretorum, non modo Papæ & Epi-  
 scoporum: verum etiam Generalium Conci-  
 liorum. Sic enim ait inter cætera. In huiusmo-  
 di negotio, nempe ad iudicandū doctrinas, &  
 ad instituendum ac destituendum Doctores, aut

*Luth. ad iu-  
 daeos: in quos  
 postea inuicti  
 uas scripsit a-  
 cerbissimas.*

*Adulatio ad  
 plebē, de iudi-  
 cāda doctrina*

animarum curatores, nihil prorsus attende  
 oportet, hominū leges, iura, mores, vsū, con-  
 fuerudinem, &c. Siue à Papa, siue ab Imperato-  
 re: à Principibus aut Episcopis, ita statutum  
 An mundus totus aut dimidius ita tenuerit, si  
 ue vno aut Mille annis durauerit. Anima enim  
 hominis res aeterna est, super omne quod tem-  
 porale est: Ideo aeterno duntaxat verbo regi de-  
 bet. Item Hominum (inquit) verba ac doctrinae  
 constituerunt & ordinauerunt, Iudicium super  
 doctrinis committendum esse Episcopis, Do-  
 ctoribusque & Conciliis: Quicquid illi cōclu-  
 serint, totum mundum accipere debere pro iu-  
 re & pro articulo fidei. Vide autem, ista gloria  
 tio eorum, qua vniuersum mundū sub iugum  
 miserunt, quā impudenter ac stulte pugna-  
 contra legem & verbum Dei. Christus enim di-  
 recte cōtrarium statuit, auferens ab Episcopis,  
 Doctoribusque & Conciliis vtrunque: Nempē ius  
 & potestatem iudicandi doctrinas, ac tribuens  
 vtramque vnicuique & omnibus Christianis  
 vniuersaliter. Quando ait Ioan. 10. Oues meae  
 cognoscant vocem meam. Item. Oues meae nō  
 sequuntur alienos, sed fugiunt ab eis: quia non  
 cognoscūt vocem alienorum. Item. Quotquot  
 venerunt, fures sunt & latrones: Oves autem il-  
 los non audiunt. Hic omnino clare vides, cu-  
 iusnam sit ius iudicandi doctrinas. Episcopus,  
 Papa, Docti, & vnusquisque habet potestatem  
 docendi: Oves autem iudicare debent, an illi  
 doceant vocem Christi, an alienorum. Quae so,  
 quid

quid hic contradicere queant Aquarum Bul-  
 læ, quæ strepunt, Concilia Concilia, Oportet  
 Episcopo, doctos & generalitatem audire? Pu-  
 talne verbum Dei cedat tuo veteri vsui, consue-  
 tudini, Episcopis? Nunquam. Quis iam nõ vi-  
 det hic, omnes Episcopos, Collegia, Monaste-  
 ria, Vniuersitates cum toto corpore suo, con-  
 tra hoc alarum verbum Christi furere: quod im-  
 pudenter adimunt ouibus iudicium doctrina-  
 rum, quod sibi ipsis vendicant, per proprias cõ-  
 stituciones & temeritates. Idcirco & certissi-  
 me pro latronibus & furibus: pro lupis & Apo-  
 staticis Christianis habendi sunt, tanquam ij,  
 qui hic manifeste conuicti sunt, quod verbum  
 Dei non solum abnegant: verum etiam contra  
 illud statuunt aguntq; sicut decuit Antichristi:  
 regnumque eius facere, iuxta prophetiam S.  
 Pauli. 2. Thess. 2. Et infra, Seditiosa illatione cõ-  
 cludit, velut victoriæ certus, quod per hoc so-  
 lum abunde meruerint, vt ex Christianitate pel-  
 lantur, & fugentur velut lupi, fures & latrones,  
 qui contra Dei verbum & voluntatẽ super nos  
 dominantur & docent. Ipse tamen superbis-  
 sime, ius ferendarum legum, quod Papæ, om-  
 nibusque Episcopis & Conciliis vult ademp-  
 tum, sibi arrogauit & vsurpauit, non solum in  
 rebus Ecclesiasticis: verum etiam in ciuilibus.  
 Adidit enim eodem anno diuersos suarũ legũ  
 libellos Teuthonicos. Vnũ de formula bap-  
 tizandi: Alterum de institutione cultus diuini,  
 Tertium de communi fisco. In quẽ deputabat

*Vocem pasto-  
 ris audire &  
 sequi, nõ iudi-  
 care debet. Vo-  
 cem autẽ alie  
 norum nec au-  
 dire nec sequi  
 debent vere  
 oues Christi.  
 Fures & la-  
 trones hereti-  
 ci sũt: Nõ ij,  
 qui ordinarij  
 & legitimi  
 pastores cõsti-  
 tuti sunt.*

*Leges Lut.*

*Liber de Cō-  
muni fisco.*

primum sane fundos, & bona omnium Monasteriorum campestrium, Ordinis Benedictini, Cisterciensis, Cœlestini &c. De quibus ait, melius fuisse, si nullum eorū fuisset vnquam super terrā: Cum autē iam sint, optimum fore, vt interire sinantur: aut si commode fieri queat, funditus & omnino tollantur. Deinde similiter addicebat communi fisco fundos & bona atque etiam oppida Episcopatum Collegiorumque Capitulorum, nisi forte magis placeret, sacculos res ex iis Principatus facere. Et vniuersaliter omnes beneficiorum Ecclesiasticorum prouentus censusq; & bona, eidem fisco adiudicabat. Ceterū Cœnobia fratrum mendicantium, in ciuitatibus, iubebat conuerti in scholas puerorum & puellarū, aut in alios publicos vsus ciuitatis. In distributione vero, prima pars Pastoris & Cōcionatoris erat, atq; Præpositorū fisci & custodum templi. Altera Rectoris scholæ vtriusq; sexus. Tertia pro senibus & infirmis. Quarta pro Orphanis, Quinta pro plebe obærata, Sexta pro mercenariis aduenticiis, Septima pro ædificiis, Octaua pro coëmēda siligine tempore fertilitatis. Cautū præterea fuit, ne posthac vllus admittatur Terminari⁹ Monachus, aut Stationarius, nullus aduenticius scholaris, nullus mendicus &c. Absente tum procul in Hispaniis CAROLO Cæsare, celebrabantur Comitia Imperialia Nurenbergæ à Vicario Imperij, fratre eius Ferdinando, Archiduce Austriæ &c. In quibus sane multus variusq; tractus fuit in negotio

*Comitia Nu-  
renbergæ ha-  
bita.*

gocio fidei. Nam & Adrianus Sextus, Roma, Pontifex, quendam eo miserat Archiepiscopū, Frānciscum Cheregatum, virum disertum, cum plenissima instructione, & paterna oblatione ad mitigandos animos Germanorū, ne prorsus à Sede Apostolica abalienarentur. Nam & ipse Germanus erat, & summa laude integritatis versatus fuerat in Aula Cæsaris, cui & fidelissimus extiterat Præceptor disciplinarum, non solum apud Germanos: verū etiam apud Hispanos, quos & rexerat, dum abesset procul in Germaniis Hispaniarum Rex Catholicus, Cæsar. At quanto benignius sese offerebat Pontifex, tanto ferocius agebant Lutherani. Quippe Luther<sup>9</sup> ipse vbi vidisset Breue Apostolicū Adriani (quo is à Lutherismo dehortabatur Christianos, vt erat vir doctissimus ac summus Theologus) conuitiosissimum in eum ædidit libellum. Et reliqui Lutherani maxime quiritabantur cōtra abusus Ro. Curie, de quibus tamen abolendis, Pōtifex ipse benignissime omnem operam suam vltro pollicitus fuerat. Proposuerant quidem Imperij Principes quædam Graua mina, quibus inique grauari videretur Natio Germanica, nō solum à Curia Romana, verum etiam ab Episcopis & Prælatiis Germaniæ: Et proposuerant ea non modo Nurenbergæ in Comitibus, verum etiam Vuormaciæ prius coram Cæ  
*Liber Cento  
 Grauanisio  
 Germaniæ.*

prauantes, sumpta inde occasione, ædiderunt librum tum Latine tum Germanice, cui Titulum fecere. Centum Grauamina Germaniæ. In quibus sane recensendis non solum maligne in odium Papæ & Cleri omnia exagebant, & in peiorem partem interpretabantur: Verum etiam impie plerisque antiquissimis Cæremoniis Ecclesiæ, quibus Episcopi & Clerici in suis functionibus rite vtuntur, derogabant, & abrogatas volebant. Atque vt odium in Papam adhuc magis adangeretur in populo, adiunxerunt etiam summas omnium Annatarum, quas totius orbis Episcopi, loco primitiarum, summo Pontifici, in confirmatione sui, adnumerare solent vt longe grauissima exactio & infinita prorsus pecunia videretur quotannis à Papa exigi inique. Cumque Principes Nurenbergæ Imperiale promulgassent Edictum, vt contra nouitates Lutheranas Concionatores vterentur probatis Ecclesiæ doctoribus, & receptis Euangeliorum expositionibus, Lutherus illud frivolo commento in partem suam trahens, ædedit libellum contra peruersores ac deprauatores Cæsarei Mandati. Ea sane ratione, eoque doli prætextu, vt populus existimaret, Principes in Edicto stare à parte Lutheri.